

# Ein Münzvertrag aus dem XV. Jahrhundert

Autor(en): **Thommen, R.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Revue suisse de numismatique = Schweizerische numismatische Rundschau**

Band (Jahr): **5 (1895)**

PDF erstellt am: **04.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-622883>

## **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

## **Haftungsausschluss**

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

# EIN MÜNZVERTRAG

AUS DEM XV. JAHRHUNDERT

---

In der Abhandlung: *Basel und das Basler Konzil*, im *Basler Jahrbuch* auf 1895, S. 188 ff., konnten auch die damaligen Geldverhältnisse kurz zur Sprache gebracht werden, und es wurde dabei auf die Schwierigkeiten hingewiesen, die dadurch entstanden, dass viele fremde Münzen in Umlauf kamen, deren Wert im einzelnen Falle festzustellen bei dem Mangel jeder Relation nicht eben leicht war (S. 206 ff.). Den Störungen, die sich daraus im täglichen Verkehr ergeben mussten, suchten Rat und Konzil durch eine Art Münzvertrag zu begegnen. Man beriet darüber am 19. August 1433<sup>1</sup>, aber erst am 18. November kam der Vertrag wirklich zu Stande. Sowol das Protokoll jener Beratung als der Vertrag haben sich im Original wie auch in gleichzeitigen Abschriften im sog. Concilienbuch fol. 114<sup>v</sup> (Protokoll) und fol. 100 (Ausfertigung) im Staatsarchiv zu Basel erhalten und, da ihre detaillierten Bestimmungen auch für weitere Kreise Interesse haben dürften, bringe ich sie hier vollständig zum Abdruck.

R. THOMMEN.

<sup>1</sup> Im *Basler Jahrbuch 1895*, Seite 206, ist das Protokoll, das nur den Entwurf zu einem Münzvertrag enthält, noch irrig als besonderer Vertrag aufgefasst. Auch muss es dort 19. nicht 18. August heissen

I.

MCCCCXXXIII die XVIII Augusti.

Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus cardinalis sancti Angeli apostolice sedis legatus et presidens sacri concilii<sup>1</sup> cum aliis deputatis sacri concilii, vocatis etiam deputatis illustrissimi domini ducis protectoris<sup>2</sup> concilii et civitatis Basiliensis deliberaverunt ut infra:

Primo ad requisitionem ipsorum civium condescendunt domini deputati sacri concilii mittere ad dietam, que teneri debet in oppido Brisach ad conveniendum cum . . . ambasiatoribus dominorum et communitatum ibidem convenire debentium die lune, que erit XXIII Augusti, ad praticandum cum ipsis tam super asecuracione patrie quam super reductione monete et quod in civitate ista Basiliensi de novo moneta cudi possit.

Item oferunt dicti domini deputati communitatis in causa, quod per dominos et alias comunitates ut supra non concordaretur, quod florenus Renensis expenderetur in omnibus contractibus pro viginti tribus solidis cum dimidio, quod ipsi nomine civitatis promittunt reducere et tenere florenum Renensem ad viginti tres solidos cum dimidio et non minus, salvo quod campsoribus pro cambio debeatur una rapa sive denarii duo et non plus.

Item oferunt dicti domini deputati pro parte dicte comunitatis, quod sunt contenti, quod omnis moneta forensis tam illustrissimi domini ducis Sabaudie, quam aliorum dominorum et comunitatum portetur huc et expendatur pro eo vero valore, quo valere solent seu valent, facta prius probatione in liga seu in igne de vero pretio ipsius peccunie. Et quod singulariter hoc publice in civitate proclamari facient, quod quilibet possit de dictis monetis huc deferre et expendere pro sue libito voluntatis.

Item quod campsores forenses et omnes mercatores, qui habent monetam praticare et cambire, teneantur curare, quod servabunt statuta et ordinationes circha ipsam monetam facta iuxta formam iuramenti in cedula allias oblata et publice lecta in congregacione generali sacri concilii. Et si dicti forenses contrafecerint, puniantur per illustrissimum dominum protectorem sacri concilii nomine ipsius sacri consilii.

<sup>1</sup> Julian Cesarini.

<sup>2</sup> Herzog Wilhelm von Baiern † 12. September 1435.

Item convenerunt super gravaminibus quoad domos, quod sex deputati, videlicet tres pro parte sacri concilii et tres pro parte civitatis cum septimo deputando per reverendissimum dominum legatum et per illustrissimum principem dominum protectorem, super gravaminibus domorum et pertinentium ad conductionem ipsarum iurent in prima congregacione iuxta formam alias conceptam et in generali congregacione publicatam, quo vero ad alia gravamina stetur discretioni dictorum septem; et probentur per unum mensem, qui, si bene fecerint, continent, si minus, aliter provideatur<sup>1</sup>.

## II.

Ex<sup>2</sup> parte sacri concilii, imperialis Maiestatis et civitatis Basiliensis subscripta capitula publice debeant proclamari:

In primis quod tam campsores quam alii quicumque pro floreno Renensi dabunt XXIII solidos et non minus et quod omnes indifferenter in emendo et vendendo florenum in eadem summa capiant et expendant. Si quis autem florenum Renensem a campsores aliquo emere voluerit, dabit campsores pro quolibet floreno XXIII solidos et duos denarios Basilienses et non plus, in quo campsores stare debet contentus nec illud umquam recusare, quamdiu saltem habuerit aurum; quod si recusaverit, solvet penam V librarum denariorum Basiliensium sine remissione.

Item quod consulatus civitatis Basiliensis ordinabit, quod Petrus Gatz, magister monete, cudet de moneta, quantumcumque poterit in eventum, ut omnes reperiant copiam monete et cambium pro suo auro. Et quod idem Petrus id sic facere promittat, quamdiu argentum in isto precio, puta marcham fini argenti pro VII florenis Renensibus, habere poterit, prout et moneta cudenda iam prefixa est et ordinata.

Item quod omnes tam cives quam advene, habentes aut ementes argentum causa revendendi omne argentum ea de causa in hac civitate vel extra eam emptum ad zecham prescripte monete presentare debebunt, a quibus magister monete prescriptus argentum sibi taliter

<sup>1</sup> Im Concilienbuch fol. 114<sup>v</sup> folgt noch der Satz: «Die veneris XXI Augusti littera fuit « prestita concordiae in plena congregacione, ubi civitas affirmabat, quod taliter necessum foret, de quo concilium protestabatur. »

<sup>2</sup> Vor dieser Ueberschrift steht im Concilienbuch: «Die Saturni XVIII<sup>e</sup> mensis Novembris anni 1433 conclusa sunt infrascripta capitula per deputatos tam sacri concilii « quam civitatis Basiliensis. » In dem Datum stimmt der Tag nicht zum Monatsdatum. Der 18. November, an dem ich festhalte, fiel 1433 auf einen Mittwoch (dies Mercurii).

oblatum recipere et pro qualibet marca fini dare debet VIII libras et I  $\beta$  denariorum Basiliensium aut VII florenos Renenses et non recusare. Quod si quis premissis contemptis a civitate Basiliensi vel patria circumvicina asportaverit seu asportari procuraverit — iocalibus et clenodiis sequacium sacri concilii et curie imperialis exceptis totum argentum sit asportandum — si saltem argentum deprehensum fuerit, amittatur, quod si argentum deprehensum non fuerit sed asportatum, solvet pro qualibet marcha sic asportata V libras denariorum Basiliensium nomine inremissibilis pene.

Item quod si quis monetam abduceret aut conflaret vel abduci aut conflari procuraret, tali pena preter sanguinis plectatur, quod transeat ceteris in exemplum.

Et super premissis deputate sunt certe persone per sacrum concilium, imperialem Maiestatem ac civitatem Basiliensem ad inquirendum et condemnandum per fidem prestatam nomine iuramenti transgressores et exigendi penas ab omnibus indifferenter. Et pecuniarum pro tales penas sublevatarum medietas, quo se diligentiores exhibeant ad inquirendum, debeatur ipsis deputatis reliqua vero medietas communi et civitati Basiliensi debeat applicari.

In causa quo argentum in pretio ascenderet, deputabuntur aliqui pro parte sacri concilii, Maiestatis imperialis et civitatis Basiliensis, qui avisare et ordinare habebunt, in quanto pretio florenus Renensis tunc expendi debeat in comparatione ad pretium argenti.

Item avisabitur et ordinabitur, quod reductio fiat de ducatis et de alia moneta in auro pro rata; ita videlicet, sicut florenus Renensis reductus est, reducantur ducati et alie monete in auro pro rata, ut sciatur, pro quanto tam ducatus quam quelibet alia moneta aurea in cambio debeat expendi, ut nemo de cetero defraudetur.

De mandato consulum civitatis Basiliensis Johannis Zwinger eorundem notarius hic me in robur premissorum subscri[psi]....<sup>1</sup>

---

<sup>1</sup> Das rechte Eck des Blattes ist abgerissen.